**<u>Textstellen zur Beschreibung von Domitian</u>**

a) Verleihung der Prätur

Tac. hist. I 39, 2
„et mox eiurante Frontino Caesar Domitianus praeturam cepit. Eius nomen epistulis edictisque praeponebatur, vis penes Mucianum erat, **nisi quod pleraque Domitianus instigantibus amicis aut propria libidine audebat**.

b) Verleihung des Caesartitels an Domitian:

Tac. hist. IV 2,1
„Nomen sedemque Caesaris Domitianus acceperat, **nondum ad curas intentus, sed stupris et adulteriis filium principis agebat**."

c) Zur Entscheidung des Vespasian, welchen Sohn er mit dem judäischen Feldzug betraue.

Tac. hist. IV 51:
„Vespasianus in Italiam resque Urbis intentus aduersam de Domitiano famam accipit, **tamquam terminos aetatis et concessa filio egrederetur**: igitur validissimam exercitus partem Tito tradit ad reliqua Iudaici belli perpetranda."

d) Titus spricht für Domitian.

Tac. hist. IV 52:
„Titum, antequam digredetur, multo apud patrem sermone orasse ferunt, ne criminantium nuntiis temere accenderetur integrumque se ac placabilem filio praestaret."

e) Mucian erhebt Arrecinus Clemens zum Prätorianerpräfekten und bietet gemeinsam mit Domitian acht Legionen gegen die Aufrührer auf.

Tac. hist. IV 68:
„nec reliquenda Urbs sine rectore; et **Domitiani indomitae libidines timebatur** […] utque Domitiani animum Varo haud alienum deleniret, Arrecinum Clementem, domui Vespasiani per adfinitatem innexum et gratissimum Domitiano, praetorianis praeposuit […] simul **Domitianus** Mucianusque accingebantur, dispari animo, **ille spe ac iuventa properus**, hic moras nectens, quis flagrantem retineret, ne ferocia aetatis et pravis impulsoribus, si exercitum invasisset, paci belloque male consuleret."

**<u>Weitere Textstellen, in welchen Domitian in den Historien des Tacitus behandelt wird</u>**:

a) im dritten Buch: Tac. hist. III 59; 69; 74; 86.
b) im vierten Buch: Tac. hist. IV 3; 39; 40; 44; 46; 47; 75; 80; 85; 86.